



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Semicenturia Variarum Resolutionum Moralium Pro Foro Interno, Atque Externo

Heislinger, Anton

Monachii, 1745

Casus XV. De renuntiatione paternæ hæreditatis ante ingressum
Religionis facta.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40155

hunc non impleat, in compensationem potest venditor retinere sibi fructus rei. Resp. neg. conf. quia emptor tenetur duntaxat venditori compensare dilationem solutionis, in quantum interest, venditori non fuisse solutum.

§. II.

Quidnam de præfenti controversia tenendum?

²⁴ **E**X hucusque jactis fundamentis facilis erit ad quaesitum responsio; attendendæ scilicet erunt circumstantiæ, in, & cum quibus hæc venditio erat celebrata; nam si ager usque ad solutionem pretii emptori duntaxat

elocatus fuerat, aut pactum explicitum de retentione fructuum adjectum, erunt fructus vendentis juxta dicta n. 5.

Idem tenendum, si venditor rei venditæ, uti & fructuum dominium cum horum periculo sibi reservavit juxta dicta n. 13.

Remotis istis circumstantiis fructus agri tam pendentes tempore contractûs, quam postea primùm orti spectabunt ad emptorem post solutionem pretii reddendi, ita habetur num. 6, 7. & 8. & 10.

Debet tamen emptor compensare venditori damnum ex dilatione solutionis emergens, nec non lucrum cessans.



Casus XV.

De Renuntiatione paternæ hereditatis ante ingressum Religionis facta.

Casimirus, quia statuerat nuntiavit omne jus ad patris tunc monasterium ingredi, cuiusdam suo intimo amico re- adhuc viventis hæreditatem: subsequitur in ordine professio; post-

post quam moritur primùm Casimiri pater. itaque frater illius præterdit, portionem suo professo fratri ex hereditate paternæ debitam, omni jure ad se devolutam esse, eò quòd in his circumstantiis neque renuntiatario, intimo scilicet Casimiri amico, neque ipsi monasterio ullum quoddam jus ad istam hereditatem competat.

Quær. 1. Num renuntiatario aliquod jus competat?

Quær. 2. Utrùm ipsi monasterio?

Synopsis.

§. I.

Prænotanda.

1. Renuntiare suæ hereditati duobus modis poterit.
2. Ex ordinibus Religiosis quidam bonorum temporalium capaces existunt, alii verò non.
3. An similes renuntiationes, ad sui valorem ipsius monasterii consensum exigant?

§. II.

Examinantur rationes Renuntiatario faventes.

4. Afferuntur Authores alterutri opinioni faventes.
5. Duo fratri præterdenti hereditatem controversam probanda erunt.
6. Renuntiatario videtur favere *Authentica de monachis. §. illuc. & §. nunc autem. item cap. si qua mulier. 19. quæst. 3.*
7. Et quia est impleta conditio, sub qua renuntiatio est facta.
8. Item filius potuit quoque instar Legatarii suum ad hereditatem paternam jus transferre in alium.
9. Insuper conditio in contractibus retrahitur ad tempus contractus initi.
10. Cum fictio juris non operetur in præjudicium tertii, hinc renuntiatario non obest, quòd Religiosus, obeunte patre, fictione juris jam mortuus fuerit.
11. Neque ipsius monasterii consensu.

sensus erit necessarius ad renuntiationem ante ingressum factam.

12. Neque ipsa mutatio status alienantis obest renuntiatario.
13. Quia renuntiantis professi, obeunte patre, incapacitas ad hereditatem renuntiatario deferendam habet se mere per accidens.

§. III.

Proponuntur rationes renuntiatario, & hujus Juri contrarie.

14. Ex opposito obstat renuntiatario, quod ipse renuntians, obeunte patre, nullum amplius jus habuerit.
15. Et hereditas renuntiatario deferenda esset ex voluntate, quæ tempore professionem subsequente existat.
16. Quando ipse professus ad omnes dominii actus jam est inhabilis.
17. Hinc non sola actualis delatio, sed ipsa absoluta etiam, & actualis delatio hereditatis fieret tempore inhabili.
18. Quia tunc primum condi-

tio, sub qua hereditas translata fuerat, purificari potest.

19. Quæ tamen nequaquam purificata fuit, cum hereditas filio ob professionem incapaci, deferri non possit.
20. Constat hoc in filio renuntiante, & ante suum patrem defuncto.
21. Tum quia hereditas patris defuncti post professionem filii in ordine RR. PP. Capucinatorum renuntiatario minime conveniret.
22. Nullum etiam monasterium ratione sui Religiosi, ante suum patrem defuncti, jus quoddam ad hereditatem paternam retinet.
23. Confirmatur id ipsum ex substituto herede, ante primum heredem defuncto.

§. IV.

Respondetur ad fundamenta adversariorum superius allata.

24. Translatio hujus hereditatis est nulla ob defectum conditionis, sub qua facta fuerat.
25. Filius habet jus ad hereditatem

- tem patris, si ante hujus obitum non evaserit inhabilis.
26. Ejusmodi renuntiatione, non obstante renuntiantis inhabilitate, valet quoad id, quod renuntians voluit, & potuit transferre.
27. Juxta Sanchez lib. 2. in Decalog cap. 14. n. 15. in ultimis voluntatibus attenditur habitus legatarii pro tempore, quo impletur conditio.
28. In contractibus verò inter vivos pro tempore ipsius contractus.
29. Ex quibus confirmatur nostra sententia.
30. 31. 32. Et vindicatur ab objectionibus.
33. Quomodo fictio juris præjudicet tertio.
34. Ex qua ratione consensus monasterii requiratur, ut renuntiatarius paternam hereditatem consequatur.
35. Mutatio statûs alienantis, quando officiat juri jam quæsito tertii?
- An Monasterium successione hereditaria, aliàs capax habeat quoddam jus ad istam sui professi hereditatem.*
36. Videtur, quòd non, quia ipse professus, à quo deberet accipere, nullum ampliùs jus ad hereditatem habuit.
37. Et quia hæc renuntiatione à Novitio nunquam revocata fuerat.
38. Neque restricta ad obitum patris ante professionem filii.
39. Quia generalibus verbis renuntiatione concepta fuerat.
40. Neque læsionem ex hac renuntiatione monasteriù poterit prætere.
41. Pro monasterio autem facit, quòd ob nullitatem renuntiationis renuntians retentum adhuc ad hereditatem, jus postea in monasterium transtulerit.
42. Si renuntiatione erat valida, hereditas devolvetur ad renuntiatarium: si nulla, ad monasterium.
43. Juxta fratrem professi renuntiatione est valida, quin
- S ta-

§. V.

Resolvitur II. Quæsit.

- tamen hereditas renuntiatario sit extradenda,
44. Aut monasterio.
45. Eò quòd resignatarius, non obstante professione, jus suum adhuc retineat.
46. Refutatur hæc ratio à monasterio.
47. Nec favet consanguineo paritas à venditione mutua.
48. Aut ab hereditatis abdicatione in gratiam cæterorum cohæredum petita.
49. Denique concluditur, hereditatem monasterio relinquendam.

§. I.

Prænotanda.

Not. 1. Duobus modis posse renuntiationem hereditatis fieri; uno, quo aliquis à se abdicat jus ad hereditatem v. g. filius habet jus ad hereditatem sibi à patre olim relinquendam; sed iste vel in gratiam sui patris, aut in commodum confratrum, ut istorum hereditas sit pinquior, cedit omni jure, quod aliquando ad istam habere poterit, ità,

ut defuncto patre de istius relictis bonis ipse nihil velit olim expectere, nec alius quispiam nomine, & loco ipsius. Dein potest aliquis renuntiare suæ hereditati, in quantum juri, quod aliquando ad eandem habebit, vel habere poterit, nullo modo, nec in minimo renuntiet, sed illud alteri cedat, atque hunc in suum locum substituatur, ità ut iste locò sui illam cum tempore recipiat.

Not. 2. Quosdam ordinum Religiosorum esse capaces bonorum temporalium; uti sunt monasteria Monachorum; alios instar Minorum S. Francisci illorum esse incapaces; ità ut ratione suorum professorum nullam hereditatem possint accipere.

Not. 3. Resolutionem hujus controversiæ in eo consistere, utrum talis in tertii favorem hereditatis renuntiatio, & translatio juris à se in alterum, ad sui valorem requirat, aut non requirat consensum monasterii, ita ut renuntiatarius sine hoc consensu, si pater post professionem filii renuntiantis primùm fuerit mortuus, nullum jus ad istam hereditatem habeat, sed hæc ad

mo-

monasterium, bonorum temporalium capax devolvatur.

4 Necessitatem consensus ejusmodi defendunt apud Palaum *de statu religioso disp. 3. pu. 17. n. 17.* Bologneus, Fellus, Fernandez, Seraphin, Rosas, Azor. 2. *part. sum. lib. 2. cap. 28. p. 6. in fine.* & alii plures relati à Covarruvia, Gutierrez, Sanchez *lib. 7. summa. cap. 6.*

Ex opposito superfluum ejusmodi consensum esse, tuentur Covarruv. *de pactis. 3. part. §. 2. n. 3.* antiquiores quosdam referens. Gutierrez *de pactis. §. dum nuptui tradebatur. n. 1.* Beza *de non meliorandis filiabus. cap. 24. n. 31.* Gama *decision. 375. n. 7.* Manesca *de succes. creat. lib. 2. §. 18. n. 97.* Palao *de statu religios. n. 18. loci citati.* Petrus Catalunus *part. 2. Theol. moral. de votis Religiosor. q. 11. cap. 6. n. 16.*

5 Quia autem iste frater consanguineus sibi ex intestato competere hereditatem sui primùm post fratris professionem defuncti patris contendit; ideo huic consanguineo duo probanda erunt, primum, quòd hoc in tertii extranei favorem translatum sine consensu monasterii jus ad

hereditatem paternam sit nullum, quando pater primùm post professionem sui filii renuntiantis defunctus fuit. Alterum, quòd neque monasterium, representans personam sui profecti ob hujus antecederent factam renuntiationem ullum jus ad hereditatem istam prætendere possit. Audiamus igitur rationes renuntiatario faventes,

§. II.

Examinantur rationes pro renuntiatario facientes.

VI Authentica: de Monachis §. 6
illuc: & § nunc autem, & cap. si qua mulier. 19. quest. 3. Monasterium ingressus habet liberrimam facultatem de propriis bonis statuendi, prout eidem placuerit: ergo hæc sibi facta renuntiatio, & translatio juris ad hereditatem erit valida, consequenter renuntiatario debebitur ista hereditas. Consequentia patet. Quia supposita hac libera disponendi de bonis propriis facultate, hujus renuntiationis nullitas ex nullo solido fundamento amplius evinci poterit.

S 2

Prob.

- 7 Prob. 2. Professus ante ingressum monasterii transtulit hoc jus in renunciatarium sub hac conditione, si in religione perseveraverit, & professionem fecerit: ergo, cum impleta non fuerit conditio, absolutum jus ad istam hereditatem habebit renunciatarium.
- 8 Prob. 3. Est innegabile, quod filius habuerit jus ad hereditatem sui patris, ubi hic defunctus fuerit: ergo potuit hoc suum jus in alium transferre, instar legatarii, potentis jus ad legatum renunciare alteri, ita ut conditio impleta renunciatarium legatum accipiat.
- 9 Prob. 4. Non obest legatario, quod pater primum fuerit post professionem filii renuntians defunctus, quando filius erat inhabilis ad hereditatem: ergo, Prob. antec. in contractibus retrahitur conditio ad tempus contractus initi; ideo perinde est, ac si conditio esset impleta à principio, juxta Sanchez *lib. 7. in Decalog. cap. 7. num. 53.* ergo, cum tempore hujus contractus renunciatarium renuntians fuerit habilis, ista renunciatio subsistet.
- Prob. 5. Si renunciatarium nullum jus haberet, ratio foret, quia renuntians pro tempore obitus paterni est fictio juris mortuus: hæc ratio nulla est. Prob. min. fictio juris non operatur in præjudicium tertii.
- Prob. 6. Si renunciatarium nullum jus competeret, fieret id ob defectum consensus monasterii in hanc renuntiationem, ut ita sit valida, necessario præstandus: atqui hic consensus non est necessarius: ergo &c. Prob. min. resignatarius succedit ex jure per resignationem ante ingressum monasterii factam, & resignans jam tunc omnino privatus est jure ad succedendum: ergo monasterii consensus non erit necessarius. Prob. 2. membrum antec. qui renunciavit hereditatem eo casu, quo eam renunciare potest, se ipsum denudat omni jure succedendi: ergo resignans erit tempore mortis paternæ omni succedendi jure privatus.
- Subsumit: sed si resignans professus est omni succedendi jure privatus, non est necessarius monasterii consensus, Prob. Monasterii consensus in tantum foret

ret

ret necessarius, in quantum illud nomine sui professi habet jus succedendi utpote hujus personam repræsentans; sed si ipse resignans professus omni jure succedendi est privatus, tunc monasterium non habet ullum jus succedendi, nomine sui professi: ergo &c. Prob. min. non potest professus in monasterium transferre jus, quod ipse non amplius habet: ergo &c.

12 Prob. 7. Mutatio status alienantis non officit juri jam quæsito per eum, in quem jam antea alienarat: ergo mutatio status sæcularis in religiosum non obest juri resignatarii jam antea acquisito. Prob. antec. si mutatio hujus resignantis obesset, ratio foret, quia renuntiatio hereditatis habet hanc tacitam conditionem: *Si hereditas deferatur renuntianti*; sed hæc ratio nulla est. Prob. min. hæc conditio est ita intelligenda; si hereditas deferatur vel ipsi renuntianti, vel alteri ex ejus persona: ergo illa ratio nulla est. Prob. conseq. etiam concessa incapacitate renuntiantis pro tempore mortis paternæ, & deferendæ hereditatis deferetur ista alteri resigna-

tario scilicet, ex persona, ratione, vel culpa renuntiantis, dum iste adhuc erat habilis: ergo, si illa conditio est ita intelligenda, tunc hæc ratio nulla est.

Prob. 8. Professi renuntiantis incapacitas pro tempore paternæ mortis, & deferendæ hereditatis habet se prorsus per accidens ad hereditatem renuntiatario deferendam: ergo hæc non obstabit. Prob. antec. licet renuntiatio sortiatur effectum primum post professionem, hoc tamen non provenit ex voluntate, ac jure, quod illo tempore professus habet, & renuntiatario concedit, sed ex voluntate, & jure, quod ante professionem habuit, & renuntiatario concessit: ergo illa incapacitas habet se per accidens. Hactenus enarrata, renuntiatario favent, obstant, quæ sequuntur.

§. III.

Proponuntur rationes renuntiatario, & juri illius contraria.

PRIMA. Ipse renuntians post professionem est incapax acquirendi hereditatem: ergo

S 3

eti-

etiam ipse renunciarius nullum jus ad hereditatem habet. Probat. conseq. qui certi cujusdam juris est incapax, non potest istud alteri renunciare: ergo si professus est incapax hujus juris, non potest hoc alteri renunciare. Prob. conseq. renunciarius accipit hoc suum jus à renuntiante: ergo si iste non habet ullum jus, nec habebit renunciarius.

Ad hoc argumentum respondet renunciarius, dist. antec. renunciarius accipit suum jus à renuntiante, tempore, quo hic fuerat habilis, conc. tempore, quo fuerat inhabilis, neg. antec. & conseq. renunciatio facta fuerat ante professionem, quo dabaturabilitas in renuntiante.

Verùm hæc responsio renunciarii urgetur ulterius ab adversario: renunciatio accipit suum effectum primùm post professionem, quando renuntians est inhabilis: ergo transferetur inhabilitatis tempore. Probatur antec. sortitur effectum post mortem patris, quæ post professionem primùm contigit, & dum renuntians est inhabilis: ergo &c.

Respondet renunciarius: re-

nunciatio sortitur effectum post professionem, non tamen ex voluntate, aut jure, quod illo tempore inhabili habet resignans, sed ex voluntate, & jure, quod tempore præcedente professionem resignans habuit conc. ex jure, quod illo tempore professionem subsequente habet, neg. antec. nimirum talis hereditatis renunciatio est metienda ex habilitate professi factæ tempore renuntiationis, non autem ex habilitate, aut inhabilitate, quam habet resignans tempore mortis paternæ.

Verùm nec hæc renunciarii responsio videtur sufficiens. Contra enim est: talis hereditas esset deferenda renunciario ex voluntate existente tempore professionem subsequente: ergo nulla solutio. Prob. antec. ex illa voluntate defertur hereditas, quæ sola potest tribuere absolutum jus ad hereditatem; sed sola voluntas existens tempore subsequente professionem, & mortem patris potest tribuere absolutum jus ad hereditatem ipsi renunciario: ergo ex hac sola voluntate defertur hereditas. Probat. min. primùm post professionem

nem & mortem parentis habet ipse renuntians jus absolutum ad hereditatem paternam: ergo sola post professionem, & mortem patris existens voluntas potest transferre jus absolutum ad hereditatem.

[15] Subsumo: sed si renuntiatio hæc fit ex voluntate post professionem existente, erit illa invalida. Prob. subf. professus est inhabilis ad omne dominium, & ad actus dominio proprietatis proprios: ergo ex tali voluntate & tali tempore facta renuntiatio est invalida.

[16] Confirmatur. Talis renuntiatio, si facta fuisset primùm post professionem, esset illa ob inhabilitatem renuntiantis nulla: ergo etiam erit nulla, si antea quidem facta fuerat, dilata tamen erat in tempus inhabile. Prob. conseq. idem est fieri tempore inhabili, & differri in tempus inhabile: ergo si dilata fuerat in tempus inhabile, erit nulla.

Respondet renunciarius, esse faciendam distinctionem inter delationem actualem hereditatis paternæ, & inter translationem juris ad hanc hereditatem. Ipsa actualis delatio fit

quidem tempore inhabili; scilicet post professionem, translatio verò juris in renunciatarium facta fuit ante professionem, & tempore habili, etsi autem delatio fiat tempore inhabili, si tamen fiat ex jure, quod tempore habili fuerat concessum, delatio talis erit valida, quia hæc minimè est facienda juxta inhabilitatem, quæ tempore delationis actualis datur, sed juxta inhabilitatem, quæ tempore concessi juris dabatur. constant hæc ex lege: *Nec emptio ff. de contrahenda emptione: ibi: Nec emptio, venditio sine re, quæ veneat, potest intelligi, & cum fructus, cum partus futurus rectè emuntur; ut, cum editur partus jam tunc, cum contractum est negotium, conditio facta intelligatur.*

Sed nec hæc renunciarii replica aliquid evincit; quod sic probatur. Renuntiatio talis hereditatis declaratur, ut nulla non ideo, quia ipsa actualis delatio hereditatis fit tempore inhabili; sed quia etiam ipsa translatio juris absoluti ad hereditatem fieret tempore inhabili: ergo responsio renunciarii non est sufficiens. Prob. antec, ante professionem

fessionem, & mortem parentis filius professus non habebat ullum jus absolutum ad hæreditatem paternam, sed istud obtinuit primum post mortem parentis: ergo renuntiatione etiam hujus juris absoluti fieret primum post professionem. Prob. conseq. nemo potest jus quoddam absolutum ad aliquam rem in alterum transferre, nisi quando ipse habet hoc jus absolutum: ergo si renuntians habuit primum post professionem, istud jus etiam primum post professionem potest transferre.

18 Renuntians itaque sic tendebat: *Si mihi fuerit delata hæreditas paterna, tunc illa erit tibi relinquenda.* Conditio hujus actus conditionati est ipsa actualis delatio hæreditatis paternæ renuntianti facta: ergo quamdiu hæc conditio non fuerit purificata, & hæreditas non fuerit delata ipsi renuntianti, tamdiu renuntiatarius non habet ullum jus absolutum ad hæreditatem; sed hæreditas non fuit delata renuntianti filio, nisi post mortem parentis, ergo non potuit, nisi post mortem parentis renuntiatarius habere jus absolutum ad hæreditatem.

Sed neque post mortem parentis renuntiatarius habet jus absolutum ad illam. Prob. post mortem parentis hæreditas istius non potuit amplius deferri filio tanquam ob factam professionem inhabili: ergo cum renuntiatarius tantum habeat jus absolutum, si hæreditas filio fuerit delata, hæc autem huic ob illius ex professione incapacitatem post mortem patris amplius deferri non possit; hinc renuntiatarius nunquam aliquod jus absolutum ad hæreditatem istam habebit.

Confirm. Si post factam ejus²⁰ modi renuntiationem filius renuntians ante patrem obiisset, aut ob quoddam delictum à magistratu fuisset privatus omni jure ad hæreditatem paternam, tunc juxta omnes renuntiatarius non haberet ullum jus ad talem hæreditatem, & quidem ex eo, quod ipse filius amiserit jus, & ipsi delata nunquam fuerit, aut deferenda esset hæreditas paternæ: ergo idem de nostro casu tenendum.

Confirm. 2. Ex oppositæ²¹ sententiæ principiis sequeretur, quod ingrediens ordinem S. Francisci Capucinorum ante professionem posset resignare alteri

19
 20
 21
 22
 23
 24
 25
 26
 27
 28
 29
 30
 31
 32
 33
 34
 35
 36
 37
 38
 39
 40
 41
 42
 43
 44
 45
 46
 47
 48
 49
 50
 51
 52
 53
 54
 55
 56
 57
 58
 59
 60
 61
 62
 63
 64
 65
 66
 67
 68
 69
 70
 71
 72
 73
 74
 75
 76
 77
 78
 79
 80
 81
 82
 83
 84
 85
 86
 87
 88
 89
 90
 91
 92
 93
 94
 95
 96
 97
 98
 99
 100
 101
 102
 103
 104
 105
 106
 107
 108
 109
 110
 111
 112
 113
 114
 115
 116
 117
 118
 119
 120
 121
 122
 123
 124
 125
 126
 127
 128
 129
 130
 131
 132
 133
 134
 135
 136
 137
 138
 139
 140
 141
 142
 143
 144
 145
 146
 147
 148
 149
 150
 151
 152
 153
 154
 155
 156
 157
 158
 159
 160
 161
 162
 163
 164
 165
 166
 167
 168
 169
 170
 171
 172
 173
 174
 175
 176
 177
 178
 179
 180
 181
 182
 183
 184
 185
 186
 187
 188
 189
 190
 191
 192
 193
 194
 195
 196
 197
 198
 199
 200
 201
 202
 203
 204
 205
 206
 207
 208
 209
 210
 211
 212
 213
 214
 215
 216
 217
 218
 219
 220
 221
 222
 223
 224
 225
 226
 227
 228
 229
 230
 231
 232
 233
 234
 235
 236
 237
 238
 239
 240
 241
 242
 243
 244
 245
 246
 247
 248
 249
 250
 251
 252
 253
 254
 255
 256
 257
 258
 259
 260
 261
 262
 263
 264
 265
 266
 267
 268
 269
 270
 271
 272
 273
 274
 275
 276
 277
 278
 279
 280
 281
 282
 283
 284
 285
 286
 287
 288
 289
 290
 291
 292
 293
 294
 295
 296
 297
 298
 299
 300
 301
 302
 303
 304
 305
 306
 307
 308
 309
 310
 311
 312
 313
 314
 315
 316
 317
 318
 319
 320
 321
 322
 323
 324
 325
 326
 327
 328
 329
 330
 331
 332
 333
 334
 335
 336
 337
 338
 339
 340
 341
 342
 343
 344
 345
 346
 347
 348
 349
 350
 351
 352
 353
 354
 355
 356
 357
 358
 359
 360
 361
 362
 363
 364
 365
 366
 367
 368
 369
 370
 371
 372
 373
 374
 375
 376
 377
 378
 379
 380
 381
 382
 383
 384
 385
 386
 387
 388
 389
 390
 391
 392
 393
 394
 395
 396
 397
 398
 399
 400
 401
 402
 403
 404
 405
 406
 407
 408
 409
 410
 411
 412
 413
 414
 415
 416
 417
 418
 419
 420
 421
 422
 423
 424
 425
 426
 427
 428
 429
 430
 431
 432
 433
 434
 435
 436
 437
 438
 439
 440
 441
 442
 443
 444
 445
 446
 447
 448
 449
 450
 451
 452
 453
 454
 455
 456
 457
 458
 459
 460
 461
 462
 463
 464
 465
 466
 467
 468
 469
 470
 471
 472
 473
 474
 475
 476
 477
 478
 479
 480
 481
 482
 483
 484
 485
 486
 487
 488
 489
 490
 491
 492
 493
 494
 495
 496
 497
 498
 499
 500
 501
 502
 503
 504
 505
 506
 507
 508
 509
 510
 511
 512
 513
 514
 515
 516
 517
 518
 519
 520
 521
 522
 523
 524
 525
 526
 527
 528
 529
 530
 531
 532
 533
 534
 535
 536
 537
 538
 539
 540
 541
 542
 543
 544
 545
 546
 547
 548
 549
 550
 551
 552
 553
 554
 555
 556
 557
 558
 559
 560
 561
 562
 563
 564
 565
 566
 567
 568
 569
 570
 571
 572
 573
 574
 575
 576
 577
 578
 579
 580
 581
 582
 583
 584
 585
 586
 587
 588
 589
 590
 591
 592
 593
 594
 595
 596
 597
 598
 599
 600
 601
 602
 603
 604
 605
 606
 607
 608
 609
 610
 611
 612
 613
 614
 615
 616
 617
 618
 619
 620
 621
 622
 623
 624
 625
 626
 627
 628
 629
 630
 631
 632
 633
 634
 635
 636
 637
 638
 639
 640
 641
 642
 643
 644
 645
 646
 647
 648
 649
 650
 651
 652
 653
 654
 655
 656
 657
 658
 659
 660
 661
 662
 663
 664
 665
 666
 667
 668
 669
 670
 671
 672
 673
 674
 675
 676
 677
 678
 679
 680
 681
 682
 683
 684
 685
 686
 687
 688
 689
 690
 691
 692
 693
 694
 695
 696
 697
 698
 699
 700
 701
 702
 703
 704
 705
 706
 707
 708
 709
 710
 711
 712
 713
 714
 715
 716
 717
 718
 719
 720
 721
 722
 723
 724
 725
 726
 727
 728
 729
 730
 731
 732
 733
 734
 735
 736
 737
 738
 739
 740
 741
 742
 743
 744
 745
 746
 747
 748
 749
 750
 751
 752
 753
 754
 755
 756
 757
 758
 759
 760
 761
 762
 763
 764
 765
 766
 767
 768
 769
 770
 771
 772
 773
 774
 775
 776
 777
 778
 779
 780
 781
 782
 783
 784
 785
 786
 787
 788
 789
 790
 791
 792
 793
 794
 795
 796
 797
 798
 799
 800
 801
 802
 803
 804
 805
 806
 807
 808
 809
 810
 811
 812
 813
 814
 815
 816
 817
 818
 819
 820
 821
 822
 823
 824
 825
 826
 827
 828
 829
 830
 831
 832
 833
 834
 835
 836
 837
 838
 839
 840
 841
 842
 843
 844
 845
 846
 847
 848
 849
 850
 851
 852
 853
 854
 855
 856
 857
 858
 859
 860
 861
 862
 863
 864
 865
 866
 867
 868
 869
 870
 871
 872
 873
 874
 875
 876
 877
 878
 879
 880
 881
 882
 883
 884
 885
 886
 887
 888
 889
 890
 891
 892
 893
 894
 895
 896
 897
 898
 899
 900
 901
 902
 903
 904
 905
 906
 907
 908
 909
 910
 911
 912
 913
 914
 915
 916
 917
 918
 919
 920
 921
 922
 923
 924
 925
 926
 927
 928
 929
 930
 931
 932
 933
 934
 935
 936
 937
 938
 939
 940
 941
 942
 943
 944
 945
 946
 947
 948
 949
 950
 951
 952
 953
 954
 955
 956
 957
 958
 959
 960
 961
 962
 963
 964
 965
 966
 967
 968
 969
 970
 971
 972
 973
 974
 975
 976
 977
 978
 979
 980
 981
 982
 983
 984
 985
 986
 987
 988
 989
 990
 991
 992
 993
 994
 995
 996
 997
 998
 999
 1000

etiam servit, quod habet Harprecht insignis Juris consultus ad §. fin. n. 6. Instit. de noxalibus actionibus. ibi: Nulla nisi mortuo patre legitima intelligitur, & filius vivente patre non habet ullam actionem petendi legitimam, quia non debetur nisi patre mortuo. imò posset pater omnia sua bona in mare projicere, & filium sua legitima privare. Gail. lib. 2 de P. c. 13. num. 36. idem sentit Manicus in appendice ad titulum 8. lib. 4. Instit. n. 8. dicens: vivo patre filius nullum adhuc jus habet, præsertim succedendi, præter spem succedendi. Lege 11. ff. de liberis, & postumis.

Ultra hætenus allata contra²³ renuntiatarium etiam facit paritas desumpta à substituto hærede, qui ante primum hæredem, vel ante hæreditatem aditam defunctus fuerat; si enim talis substitutus hæres ante hæreditatem aditam, vel ante primum hæredem defunctus fuerit, tunc talis hæreditas non devolvetur ad hæredes defuncti substituti, juxta legem unicam. §. novissimo. Cod. de caducitate tollenda. & quidem ex ratione, quòd substitutus defunctus adhuc nullum aliud habuerit jus, nisi in spe, &

T

quòd

quòd hereditas in bonis ejusdem adhuc non fuerit: item quia hereditas nunquam adhuc adita non potuit ei præ mortuo deferri. Ità Molina *tract. 2. disp. 188. n. 7. & 8.* Zäsius *ff. eod. tit. de caducitate tollenda.* Pirhing *de testam. sect. 3. §. 3. num. 11.* ergo idem de hereditate hac paternæ, cujus spes in alium est translata, tenendum erit; cum ejusmodi ex professione resultans in renuntiante incapacitas id ipsum operetur, quod mors naturalis *lege 5. §. Sed etsi patronus. ff. de conjungendis cum mancip. liber.*

Hæc itaque usque huc allata fundamenta sufficienter ostendunt, renuntiatario nec minimum jus competere ad hereditatem patris, qui primùm defunctus est post professionem filii suam spem ad futuram hereditatem paternam renuntiantis alteri.

§. IV.

Respondetur ad fundamenta adversariorum superius allata.

Postquam fundamenta omnem actionem renuntiatario ad istam hereditatem dene-

gantia proposuimus, solvendæ erunt superius pro resignatario facientes rationes.

Ad primam itaque n. 6. propositam respondemus, concessio antecedente dist. conseq. ergo hæc hereditatis translatio erit valida, si conditio, sub qua illa facta fuerat, sit impleta: conc. conseq. si illa etiam non fuerit impleta neg. conseq. hæc conditio erat: *si mihi, hoc est, renuntianti fuerit delata hereditas.*

Ex hoc ipso fundamento solvitur etiam secunda ratio n. 7. dist. antec. transtulit omne jus sub conditione; si professionem fecerit, & habilis pro tempore mortis paternæ ad recipiendam hereditatem fuerit, conc. absque hac conditione neg. antec. & conseq. idem potest absolute negari, quòd sub conditione professionis futuræ jus hoc in alterum transtulerit; vel si etiam expresse ita transtulit, negamus, illum actum fuisse validum.

Num. 8. Propositam dissolvimus dist. antec. filius habet jus ad hereditatem sui patris, si pater obierit, & ante hujus mortem filius non fuerit ad acceptandam hereditatem factus in-

ha-

habilis: conc. etsi ante parentis mortem inhabilis fuerit factus: neg. antec. & confep.

26 In 4.ta. n. 9. Proposita neg. antec. quòd scilicet legatario non oblit, mors paterna professionem filii primùm subsecuta; in probatione concessio vel transmissio antecedente disting. conf. ergo ista renuntiatio subsistet quoad id, quod renuntians voluit, & potuit in illum transferre: conc. subsistet etiam secundùm ea, quæ renuntians nec voluit, nec potuit per illum contractum transferre: neg. conseq. renuntians potuit transferre illud duntaxat jus, quod tunc habebat: ergo, cum tunc nullum absolutum jus, sed spem tantum conditionatam habuerit, si nimirum ante patris obitum inhabilis non evaserit, ideo hanc conditionatam solummodo spem transtulerat; cum ergo conditio non fuerit impleta, nullum ex hac renuntiatione jus ad hereditatem renuntiatario accessit.

27 Cæterum, cum in cit. n. 9. adducatur Sanchez lib. 2. in Decalog. cap. 14. n. 15. ideo advertimus, ab hoc Authore ibidem proponi quæstionem, utrum rem

sub conditione professionis meæ mihi legatam possim ante professionem tertio renuntiare, pro sententia negativa adducit postea Benedictum Ægidium lege Titia: si non nupserit: 100 p. 1. n. 51. ff. de condit. & demonstrat. qui talem renuntiationem ex eo agnoscit invalidam, quòd in Legatis, & aliis dispositionibus per ultimam voluntatem sub conditione factis, respiciaturabilitas legatarii pro tempore, quo impletur conditio; cum ergo tempore professionis Religiosus sit incapax, & inhabilis ad legatum; ideo talis ante professionem nullam spem, aut jus ad legatum sub conditione securæ professionis, tanquam inhabilis pro hoc tempore, habere potest: ergo neque ullam spem, aut jus ad aliud legatum in tertium renuntians transferre.

Quòd si autem quid mihi inter vivos per contractum, v. g. donationem sub conditione futuræ professionis promissum, aut donatum fuerit, juxta Sanchezium citatò locò tale promissum, aut donatum alteri renuntiare potero. Ratio juxta illum est; quòd, licet talis renuntians imple-

pletæ conditionis, id est professionis tempore, sit inhabilis ad promissum, aut donatum ratione suæ professionis, non fuerat tamen ad illud inhabilis tempore factæ inter vivos donationis; cum igitur in cōtractibus conditionatis attēdatur habitas donatarii, v. g. quæ datur pro tempore facti contractūs, non autem pro tempore impletæ conditionis (quod contingit in ultimis sub conditione aliqua factis dispositionibus, & voluntatibus) ideo hoc jus in tertium transferri ante professionem validè poterat; & hinc res sub conditione secuturæ professionis alicui donata, post hanc peractam extradenda erit illi, in quem antea illud meum jus transtuleram.

29 Ex hac Sanchezii, & Benedicti Ægydii doctrina colligimus, ut aliquis in alterum per renuntiationem transferat jus ad illa, quæ sibi ex testamento legato, aut donatione mortis obveniunt, necessarium esse, ut renuntians ad illa obvenientia spem, & jus quoddam habeat, eò quòd in alium transferre nequeam, quod ipse non habeo. Præterea patet, quòd ad relin-

quenda ex testamento, legato, aut donatione mortis causâ nullam spem, & jus habeam, si me pro tempore delationis inhabilem ad illa bona recipienda prævideam; nec sufficiat habitas, quam tempore factæ talis ultimæ dispositionis, aut renuntiationis habeo. Cum igitur in nostro casu pro tempore paterni obitūs professus nullam habitatem ad acquirendum aliquod dominium habeat; ideo nullam quoque spem, & nullum jus ad bona paterna in talibus circumstantiis obtinenda habuit: ergo neque in renuntiarium ante suam professionem aliquam spem, aut jus ad hereditatem sui patris post professionem primùm morituri transferre sua renuntiatione potuit ex opinione Sanchezii, Benedicti Ægydii.

Urgetur tamen hæc ratio. Citati hi duo Authores loquuntur de acquirendis per ultimam voluntatem scripto, & in quodam instrumento expressam: ergo non possunt extendi ad illa, quæ ab intestato ad liberos devolvuntur; atqui in nostro casu agitur de successione ab intestato:

to: ergo ad hanc non erit necessaria habilitas pro tempore, quo succeditur ab intestato. Respond. neg. antec. licet etenim ibidem proposita de legato alicui sub conditione professionis facto quæstio agat de acquirendo legato per instrumentum factum; ratio tamen, ob quam hoc legatum obvenire nequeat huic legatario, neque ab hoc in alium renuntiatione transferri, est hæc, quod in ejusmodi acquisitis inspiciatur tempus, quo conditio impleatur, & consideretur; utrum tunc accipiens sit habilis vel non; cum ergo conditio hereditatis adeundæ sit obitus parentis; ideo hoc tempus & habilitas in illo tempore præ oculis habetur.

31 Urgent 2. Sanchez dicit: in ultimis voluntatibus tempus impletæ conditionis observandum; ubi autem succeditur ab intestato, ibi nulla voluntas ultima intercedit: ergo in hoc non est habenda ratio habitatis in successore pro tempore obitus paterni. Resp. cum pater sciat, filium ab intestato successurum, si ille nullam ultimam voluntatem faciat; ideo hanc omittens

vult hereditatem obvenire filiis: ergo datur ultima voluntas. Secundò, si filius sit exhereditatus, hoc est, inhabilis factus ad hereditatem, aut ob quoddam delictum incapax à Principe declaratus, tunc non succedet; quia scilicet tempore paternæ mortis incapax invenitur: ergo etiam in istis requiritur habilitas pro tempore impletæ conditionis, quæ est obitus patris. Tertiò, si hæc habilitas non esset necessaria, etiam professus in ordine Adm. RR. PP. Capucinorum ab intestato suis parentibus succederet.

Urgent 3. Legatum post professionem alicui obveniens, juxta citatos AA. ideo non potuit transferri in tertium; quia hic ante impletam conditionem nullam adhuc spem, aut jus ad hereditatem habuit: ergo ante professionem potest hereditas paterna in alium renuntiatione transferri. Prob. consequ. filius jam ante obitum patris habuit jus ad hereditatem paternam, & mors patris est solus terminus executionis, non autem conditio, qua impleta primùm jus filio ad hereditatem accrescit:

T 3 ergo

ergo potuit hoc jus in alterum à filio transferri.

Resp. juxta rationes superius à nobis propositas jus absolutum primùm datur post obitum patris, si scilicet ipse filius supervixerit, & habilis tunc fuerit: ergo ante illam sola spes, & conditionatum jus filio competit: ergo cum plus transferre nequeat, quàm quod ipse habet; ideo hoc solum transfert; quod nunquam ob defectum conditionis, quæ estabilitas tempore paterni obitus, evadit absolutum; prout videre est, si filius ante patrem obeat.

33 In 5. Num. 10. adversariorum ratione dist. maj. si renuntiatarius nullum jus haberet, ratio foret; quia renuntians tempore obitus paterni est fictione juris mortuus, & quia verè, & re ipsa est inhabilis ex professione ad successionem in hereditate paterna effectus conc. maj. præscindendo ab hac ultima circumstantia neg. maj. & dist. m. hæc ratio nulla est, si non fuisset redditus inhabilis conc. si talis evaserit neg. min. & conseq. simili modo distingui potest probatio minoris, asserentis fictio-

nem juris non præjudicare tertio. Dein si aliquis est declaratus ut prodigus, & eidem administratio bonorum interdicta, in ordine ad alienationem talis fictione juris habetur pro mortuo, & tamen hæc fictio præjudicat tertio, qui rem sibi à tali prodigo donatam retinere neutiquam poterit. Item, si pater mala fide agrum possedit, filius autem hæres universalis bona fide possidet, postmodum vendat tertio, restituere iste illum debet vero domino ante præscriptionem illius comparanti: ergo fictio juris etiam tertio præjudicat; ideo enim talis filius non potest tempus, quo agrum ipse possedit, remittere in emptorem, ut huic etiam profit, quia fictione juris filius hæres censetur eadem persona cum patre.

Quod 6. Adversarii ratio-34 nem concernit n. 11. propositam, concedimus, monasterii consensum nequaquam necessarium fore ad renuntiationis hujus valorem, si ex illa ante professionem facta hereditatis renuntiatione absolutum quoddam jus ad hanc hereditatem ob.

obvenisset ; quia autem ob defectum conditionis , qua posita renuntiatarius absolutum quoddam jus primùm consecutus fuisset , omni jure ad hanc hereditatem renuntiatarius destitutus est ; hinc ad monasterium ratione sui professi tota hereditas paterna ab intestato devoluta est , ut igitur renuntiatarius ex justo quodam titulo hanc ex renuntiatione sibi indebitam hereditatem consequatur , consensus monasterii donantis illam renuntiatario erit opus.

In forma resp. transm. maj. neg. min. in hujus probatione nego primum membrum antecedentis ; uti etiam secundum , in hujus probatione dist. antec. qui renuntiat hereditati absolute ac valide , ille ex tunc amittit omne jus ad hereditatem conc. qui solum sub conditione , quæ non est purificata , renuntiavit , ille ex tunc amittit omne jus ad hereditatem : neg. antec. & sub eadem distinctione conc. & neg. conseq.

35 Quod septimò locò n. 12. allatum est , ita distinguimus : mutatio status alienatis nõ officit juri jam quæsito per eum , in quem

jam antea alienaverat , si hoc jus jam fuerit absolute quæsitum : trans. antec. si fuerit quæsitum tantum sub conditione non mutati status , tunc mutatio status non officit juri , neg. antec. & conseq. cum filius renuntiaverit hereditatem tertio , & huic ad illam dederit jus sub conditione , si sibi post mortem parentis delata fuerit hereditas ; ex altera verò parte hereditas renuntianti filio ob professionem inhabili delata nunquam fuerit , hinc nullum ad renuntiatam hereditatem absolutum jus renuntiatarius acquisivit.

Urgent : hæc conditio est ita intelligenda , si deferatur hereditas , vel renuntianti , vel renuntiatario ex persona , ratione vel causa renuntiantis ; atqui hoc fit non obstante inhabilitate renuntiantis : ergo &c. Resp. 1. ex hoc sequi renuntiatarium habiturum jus ad istam hereditatem , etsi filius renuntians ante patrem obisset.

Resp. 2. dist. anteced. hæc conditio est ita intelligenda ; si renuntiatario ex persona renuntiantis pro illo tempore adhuc habilis , & capacis fuerit delata hæ-

hereditas: conc. antec. si deferatur ex persona renuntiantis, sive hic tunc fuerit habilis, vel inhabilis neg. antec. & conseq.

Ultimo loco & n. 13 allatam rationem solvimus negando antec. quòd scilicet professi incapax habeat se tantum per accidens ad hereditatem renuntianti deferendam; in hujus probat. neg. antec. & dico, ex fundamentis nostræ sententiæ constare, quòd jus renuntiatarii ad hereditatem tum ex jure, quod tempore renuntiationis resignans habuit, tum etiam ex habilitate istius ad hereditatem sibi deferendam, (eò quòd sub hac sola conditione renuntians hereditatem in renuntiatarium transtulerit) proveniat.

Hæc itaque rationum renuntiatario faventium solutio, uti etiam fundamenta contra illum ipsum priore §. allata sufficienter ostendunt nullitatem juris ad hereditatem à renuntiatario prætentam; ex hoc tamen non statim inferri potest, eandem ab intestato ad fratrem consanguineum professi, interea fratris devolvi: Ratio est, quòd ad istam hereditatem ipsum mona-

sterium jus quoddam nomine sui professi habere possit. Videndum itaque, utrum monasterium omni ad succedendum in istis circumstantiis jure destitutum sit. Ponitur autem monasterium esse aliàs ejusmodi successione hereditariæ per se capax & habile.

§. V.

Resolvitur II. Quæsit.

An Monasterium Juris ad succedendum capax habeat quoddam jus ad hereditatem sui professi?

PRO sententia negativa facit; ³⁶ Monasterium nunquam acquisivit quoddam jus ad illam hereditatem: ergo hæc illi nequaquam deferenda erit. Probat. antec. jus illud debuisset monasterium acquirere à suo Religioso, atque illud in tantum haberet, in quantum ipse ad illam hereditatem jus quoddam habuit, & hoc postea in monasterium, quod personam sui professi representat, transtulit; sed hoc non fuit factum: ergo mona-

nafterium nullum jus ad illam hæreditatem habuit. Prob. ante. ipse Religiosus; quia ante suū ingressum, vel etiam in Novitiatu in externum resignavit hoc suum jus, non habebat amplius ullum jus: ergo non potuit jus hoc in novitiatu per professionē transferre in monasterium; sed neque post professionem, eò quòd hæc eundem incapacem omnis ejusmodi dispositionis effecerit.

Confirm. Est absurdum plus juris monasterio ex monachi persona concedere, quam ipse monachus haberet, si juris sui esset: ergo cùm iste nullum haberet jus ob factam resignationem, neque monasteriū habebit. Probat. antec. in hac materia longè fortius & pinguius est jus, quod quisque ex persona sua habet, quàm quod ex alterius persona consequitur: *vi textus in §. fin. de vulg. & lege: qui liberis §. hæc verba ff. eod. tit. & leg. si paterfamilias ff. de heredibus instituendis.*

37 Neque dicas: Novitium revocasse hanc suam resignationem ante professionem: contra enim est: fuit ille obligatus, ut expectaret eventum conditionis, mortem scilicet sui patris: ergo

non potuit revocare ante professionem vivente adhuc patre.

Neque dicas 2. Illos convenisse inter se, ut hoc pactum valeret, si ante professionem pater obierit: contra enim est, quòd ponatur resignatio fuisse illimitata, absoluta, non restricta ad vitam patris, aut ad tempus novitiatus.

Neque dicas 3. Qualis mens resignantis hæreditatem fuerit, est dubium: in dubio autem intellectus favens Religioni accipiendus, & in dubiis opinionibus pro Ecclesia & Religione judicandum. *Lege sunt persona. ff. de Religiosis, & sumptibus funerum. Sanchez lib. 7. in Decalog. cap. 3. n. 64.* Respondetur enim neg. antec. cùm enim resignatio hujus juris fuerit generalibus verbis concepta, ita etiam generaliter, & universaliter, non autem ut restricta ad solum tempus novitiatus accipi debent: ergo non est dubium, utrum absoluta resignatio fuerit restricta ad solum ipsius novitiatus tempus, etenim mutatio status alienantis non officit juri jam quæsito per eum, in quem alienarat.

U

Præ-

40 Præterea monasterium nullam læsionem ex hac renuntiatione prætere-
re potest ; nam juxta Decium *Consil. 31. num. ult. vol. 1.* Nullatenus monasterio est integrum, læsionem aliquam ex monachi renuntiatione intentare, nisi eam, quam ipse monachus in sæculo manens possit ; hic ut sæcularis post factam resignationem non posset defuncto suo patre intentare læsionem aliquam : ergo nec poterit monasterium.

Quòd si respondeat monasterium, succedere ex jure non ipsius Religiosi, sed quod sacri Canones eidem attribuunt. Contra hoc facit ; sacri Canones tantum attribuunt monasterio jus illud, quod competit Religioso tempore suæ professionis : ergo cum huic ob factam suam illimitatam renuntiationem ante professionem nullum jus amplius competat, neque competet monasterio. Confirm. responsio : si resignans in sæculo, vel durante novitiatu vendidit sua bona, tunc monasterium in illa nullum jus per professionem sui Religiosi acquireret : ergo etiam, si quid antea in alterum transtulit

per donationem, etiam in hoc nullum jus acquireret.

Hactenus audivimus, quæ⁴¹ monasterio obesse possunt, nunc quid ipsi faveat, audiamus. Itaque monasterium ita pro se argumentatur.

Hæc resignatio, juxta men-⁴²tem consanguinei est nulla, & invalida, eo ipso, quòd sibi consanguineus hæreditatem arroget præ resignatario : ergo jus ad hæreditatem semper adhuc mansit apud suum Religiosum, & per professionem ab hoc in monasterium translatum ex dispositione jurium fuerat, sine omni ipsius Novitii expresso consensu.

Secundo, Hæc resignatio fuerat translata in tempus inhabile : ergo erit nulla Prob. consequ. idem est fieri rem tempore inhabili, & referri ad tempus inhabile : *Lege quod sponsæ : Cod. de donat. ante nuptias.* Etsi actus imperfectus veniat ad casum, à quo non potest incipere, vitiabitur. *Leg. plurib. §. etsi placeat. ff. de verbor. oblig.* quòd autem fuerit translatum in tempus inhabile. Prob. fuit translatum in tempus obitus paterni ; sed hoc est inhabile, eò quòd ante illud profes-

fessio fuerit facta: ergo &c. Itaque vel resignatio ista ex mente prætendentis consanguinei est valida, & tunc ad renunciatarium devolvetur hæreditas paterna; vel juxta ipsum fuit invalida? Et tunc hæreditas devolvetur ad monasterium, cum jus ad hæreditatem in alterum à Religioso illius translatum non fuerit.

43 Ad hoc respondet consanguineus, illam resignationem absolute fuisse validam, & consequenter si pater ante professionem resignantis fuisset mortuus, hæreditas ad resignatarium externum devoluta fuisset: interim tamen non obstante hoc valore hæreditatem defuncti post professionem patris non devolvi ad resignatarium ob defectum conditionis, eò quòd ipsum jus ad hæreditatem in illum solummodo translatum fuerit, si hæc ipsi resignanti sit deferenda: cum ergo huic utpote jam professo nunquam fuerit delata, neque deferenda illa erit resignatario.

44 Ex eo autem, quòd resignatarius ex professione resignantis suum jus amisit, minimè

inferri juxta consanguineum poterit, quòd monasterio sit illa hæreditas deferenda. Prob. jus istud neque fuit in monasterium translatum ante professionem, nec in ipsa professione, nec post istam; non ante illam, quia toto illo tempore obligabatur resignans stare suo contractu, & resignatione. Non post professionem, cum per hanc inhabilis ad dominium, & consequenter ex hoc actus, quo donaverat hæreditatem monasterio, invalidus redditus fuerit; sed nec in ipso actu depositæ professionis: aliàs habuisset dominium, cum actu se ad hoc inhabilem per professionem reddidit.

Dein cum inhabilitas ad dominium solo jure Ecclesiastico, & Pontificio sit introducta, ideo jam semel mediante professione inductam inhabilitatem Summus Pontifex absolute potest tollere, & professum reddere de novo habilem; hac autem inhabilitate sublata, si tali Religioso hæreditas deferretur, absque dubio ad eandem ejusmodi resignatarium jus quoddam haberet, eò quòd illi absolute, universaliter, ac sine restrictione iste Re-

ligiosus suum jus olim resignaverit ad istam paternam hereditatem: ergo jus resignatario olim concessum cum professione resignantis nequaquam extinctum, & hinc nullum in monasterium translatum fuit.

46 Ad hanc instantiam reponit monasterium, in tali extraordinaria, & rarissimè contingente rehabilitate ipsius olim professi nullum jus renuntiatario obventurum, eò quòd intentio resignantis ad hunc extraordinarium casum se non extenderit. Dein si adhuc renuntiatarius tempore professionis suum jus ad hereditatem retinet, consanguineo professi non poterit hereditas ista extradi, cùm ad illam dicatur adhuc jus suum retinere renuntiatarius.

Hinc etsi renuntiatio ponatur fuisse valida, illa tamen, & jus ex illa renuntiatario acquisitum fuerunt extincta per professionem, cùm hæc tanquam terminus illius obligationi fuerit tacite assignata, ut, si pater interea non obierit, resignans ab obligatione transferendi delatam sibi hereditatem in renuntiatarium liberatus esset. Ex quo ipso eti-

am patet, mediante professione jus quoddam ad illam hereditatem translatum fuisse in monasterium, eò quòd pro instanti professionem immediatè antecedente suum jus resignans Religiosus denuo ob defectum conditionis de novo recuperaverit,

Urget consanguineus: si talis Religiosus ante suam professionem tertio vendidisset hanc suam hereditatem, utique ipsa professione nullum jus à Religioso in monasterium fuisset translatum: ergo idem dicendum, si renuntiavit. Respondetur à monasterio, concessio antec. neg. conseq. & paritatem: in venditione enim absolutè in emptorem transfertur jus in rem venditam; in renuntiatione autem prædicta jus sub conditione, quæ tamen non fuerat impleta, translatum fuerat: ergo potest hoc iterum ad suum dominum priorem reverti. Siquidem resignans nequaquam absolutè se abdicavit iure ad hereditatem paternam; sed ipsi renuntiatario solummodo jus dederat ad hereditatem suo nomine, si resignanti sit deferenda, aut delata, accipiendam, quæ tamen delatio

tio

tio nunquam subsecuta fuit: ergo hoc apud renuntiationem constanter permanens jus hereditatis paternæ in monasterium translatum fuit.

Confirm. Promissio hæc conditionata extendebat se tantum ex mente renuntiantis ad tempus, quo iste mansurus esset habilis ad acceptandam hereditatem, quando enim renuntians perpetuò inhabilis effectus fuit, nulla amplius hereditas eidem deferri, & hinc etiam nulla pro illo tempore in renunciatarium ab inhabili renuntiante transmitti potuit: ergo in momento professionem antecedente expiravit, & ipsum monasterium, utpote representans suum Religiosum acquisivit jus capiendi hereditatem sui professi.

Opponet hæres consanguineus: ad hoc, ut hæc translatio juris in externum fuerit valida in ordine ad hereditatem paternam, non fuerat opus, ut ipsi renuntianti deferretur hereditas, vel deferri post mortem sui patris possit; ergo hæc æus pro monasterio allata nihil evincunt. Prob. antec. si iste professus in favorem suorum fra-

trum jus ad hereditatem paternam ante professionem à se abdicasset; hæc abdicatio fuisset valida, licet ipsi tunc necdum fuerit delata hereditas, & licet postea factus fuerit incapax, quando post mortem deferretur; nec ullum amplius jus ad illam in monasterium potuisset transferri: ergo neque erit necessaria hæc delatio, ad hoc, ut in hunc externum memoratum jus transferatur.

Respondet tamen monasterium: neg. antec. in probatione concess. antec. neg. conseq. cum aliud sit dare jus alteri ad hereditatem; aliud verò abdicare à se jus ad hereditatem, ad prius requiritur, ut hereditas fuerit illa delata, nam ante delationem non habetur jus ad hereditatem; cum ergo nemo det, quod non habet; nec donatarius possit plus accipere juris ad hereditatem, quam habeat is, qui dedit jus; ipse autem dans ante delatam sibi hereditatem ad hanc non habeat jus; ideo etiam nullum potuit transferre in renunciatarium.

Quòd si autem aliquis à se abdicet jus, quod habet, vel quod

aliquando habere poterit, talis non intendit facere, quod alius nomine suo sit hæres; sed ex sua duntaxat parte impedimentum aufert, quod aliquando posset esse, ne alius sit hæres, & permittit alium esse hæredem, si ei aliunde hæreditas competat, ad hoc autem præstandum non est necessaria delatio ipsius hæreditatis, cum hoc non sit aliud,

quàm se obligare sub conditione ad non acceptandum talem hæreditatem, si aliquando delata fuerit.

Ex istis omnibus denique ultimam nostram solutionem⁴⁷ subjungimus, dicendo, hæreditatem præsentem à fratre professi, aut ab ipso renuntiatario, nulli ex istis, sed ipsi monasterio addicendam.



Casus XVI.

De occulta compensatione famularum.

Euphemia ancilla etiamsi illius labores aliarum ancillarum solertiam non excederent, putat tamen se minus tenue stipendium accipere, eò quòd videret alias famulas pro similibus laboribus passim majus stipendium recipere; quia tamen operam suam pro hoc salario suæ dominæ addixit, ne minus aliis acquireret, furtis minutis successivè tantum subtrahit, ut gravem summam surrepta constituent, & mercedem cæterarum adæquent.

Quær. Num malè egerit, & ad restitutionem teneatur?

Synopsis.

§. I.

Quædam prænotanda.

1. Salarium instar rerum pretii est triplex.
2. Salarium Euphemie non est certò injustum, neque majus promissum,

3. Ob